



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa
restau-||randa, pristinoque nitori || restituenda.||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

10. De Capitulis culparum apud Franciscanos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

bonam consuetudinem nullos ad hoc per hæc nisi voluntarios astringendo, nec eos, qui voluerint impediri volendo: ita tamen quod ordinatis per præfidentem vel consuetis diebus & horis, saltè die Veneris post matutinum vel Completorium singulis fratribus in Ecclesia vel loco Capitulari conuenientibus incipiantur à primo choro, vel à præfidente suffragia prædicta: quibus durantibus, qui voluerint disciplinam accipiant vel recipiant, prout melius vel congruentius videbitur iuxta modum suæ prouinciæ, ad quod etiam singulos pro memoriali tanti beneficij acerbissimæ passionis nostri Redemptoris piè hortamur in Domino.

CAPVT X.

De Capitulo culparum particula 34. ibidem.

PRO salubri quoque status nostri manutentione & puritatis ac pacis augmento statuimus firmiter & ordinamus iuxta Benedicti 12. constitutiones, quod Capitulum culparum fiat, & teneatur perpetuò ad minus tribus diebus cuiuslibet septimanæ in quibuscunque conuentibus ordinis nostri, & etiam in locis eiusdem ordinis, in quibus erunt saltè tres vel quatuor fratres cum præfidente, quemadmodum in pluribus religionibus etiam diebus singulis obseruatur laudabiliter. In quo quidem Capitulo culparum quotidianæ culpæ & negligentia prius communiter & postea singillatim, & specificè & plenè, etiam vulgariter recognoscantur, humiliter & debite corrigantur
inci-

incipiendo à minoribus vel nouitijs, aut laicis
fratribus vsque ad maiores inclusiue.

CAPVT XI.

*De pestilentibus & incorrigibilibus debitè compescen-
dis, vel ab ordine eijciendis, parti-
cula 33.*

FRatres denique pestilentes & incorrigibiles
cum suis excessibus conscriptis & examinatis
fideliter per ministrum vel custodem, seu Visita-
torem aut conuentum ad prouinciale Capitulū
transmittantur. Quod si ad eò incorrigibiles fue-
rint, vt nec culpam humiliter recognoscere, nec
pœnitentiam condignam recipere vel subire vo-
luerint, carceri mancipentur. Si verò pœnitenti-
am recipiant & correctionem promittant, cum
misericordia eis pœnitentia imponatur. Quam
si portare contempserint, ad consueta vitia reuer-
tentes: in sequenti Capitulo carceri mancipen-
tur, & alibi vel etiam extra prouinciam transfe-
rantur. Pestilentes tales dicimus communis pacis
& charitatis continui turbatores, siue conrixan-
do & assiduè litigando, siue seminando odia &
scandala inter fratres vel seculares verbo, scripto
aut facto: notabiliter collectiones seu colligati-
ones contra fratres seu contra prælatos facien-
tes, correctiones prælatorum contemnentes, prę-
latis suis & constitutionibus inobedientes, disso-
lutissimi & indisciplinabiles, in religione notabi-
les & scandalosi, aut non nisi cū multo murmure
obedientes. Tales pestilētes sub pœna priuationis
officij